1638 185

Num. IV.

XTRAORDINARIA

ELATIONIS

ISTORICO-HEBDOMADARIAE

ontinuanda Continuatio, 29. *Januarÿ*, 1638.

Roma, 2. Ianuarij, 1638.

Ontifex in vltimo Eminentiſsimorum S. R. E. Cardinalium conſeſſu decreuit ne ex eorum numero quiſquam alterius Principum aut Statuum res poſſeſ- ſionis, vel penſionis nomine, tuendas ſuſciperet, niſi legitimus eorum eſſet ditus aut Vaſallus, neque vult permittere, vt prædia & bona immobilia in manæ Eccleſiæ Statu ſita. alienigenis Principibus, pro Sponſaliorum dote, abſ- Sanctitatis Suæ conſenſu, adtribuantur.

In vrbe Neapolitana peruerſiſsimus ille, bipedumque nequiſſimus P. Ioſephus Genaro Bandita, triginta quatuor annos natus, & viginti ſex homicidijs famo- ſimus latro comprehenſus, dignas ſceleratorum criminum luit pœnas, corpus- eius lictoris ſecuri quadrifariam diſſectum fuit.

Equitum Melitenſium triremes haud procul à maritima ciuitate Trapani, ex mæ agnitudinis nauem Turcicam ſuperarunt, in eaque opulentam prædam obtinue- runt Gallicana claſſis etiam in inſula Eres pyraticam quandam nauem, cui Turci- us Præfectus imperitabat, intercepit, & vltra ducentos Chriſtianos in eadem ca- tiuos à teterrima eorum ſeruitute liberauit.

Venetijs, 6. Ianuarij.

CampiMareſchallus Cricquius in vrbe & arce Caſalienſi magnos ad inchoan- am aliquam obſidionem inſtituit adparatus, quem in finem etiam varia globulo- um genera, pilasque miſſiles ignitas confici, ac omnia ad caſtrenſem oppugnatio- nem neceſſaria militaris rei vtenſilia ad manus conquiri iuſſit, vt veriſimili conie- ctura adparet, munitiſsimo Caſtro de Lumello (quod, vt antehac memini, vicinis præſidiarijs Gallis in oppido Bremé magnas adfert incommoditates) obſidionem quandam adparaturus: idcircò etiam prædictorum oppidanorum Bremenſium ſe- curitati conſulere, eorumque neceſsitatibus aliquo modo mederi voluit, & præter pauculum commeatum, aliquot cohortes ſubſidiarias ipſis intulit, ita vt horum præſidiariorum numerus ad mille & quingentos pedites ſeſe extendat; Enimverò plurimorum opinio eſt, modò commemoratum Ducem Cricquium id agere, vt Aſtenſibus & Vercellenſibus oppidanis numeroſas præſidiariorum Gallorum tur- mas imponat, vt tantò melius Hiſpanorum ex agro Mediolanenſi in eam prouinciā ſolitas excurſiones cohibere queat.

Mediolano, 9 Ianuarij.

In Statu Mediolanenſi mille milites Neapolitani, & ſeptingenti Germani recens

adue-

Biblioteca Nacional de España

aduenerunt, veteranis legionibus in earum ſupplementum, adgregandi. in hac prouincia terra marique conſcribendorum militum, & claſsiario est finis, & Genuenſium literis perſcribitur, viduam Allobrogum Duciſſ Sereniſſimo Sabaudiæ Cardinale, de adminiſtrando eius regionis imperi compoſitione vtrimque tranſegiſſe, qua de cauſa etiã Sabaudiæ populare ſtandum ſibi, filij ſui Franciſci Hiacinti nomine, homagium adſtrinxit.

Vienna, 9. Ianuarij.

Heri Magiſtratus noſter omnis generis concurſiones nocturnas, ſaltatio pudia, cantilenas, &c puublico Edicto tamdiu inhibuit, donec annuum quo glorioſſimæ memoriæ Imperator Ferdinandus Secundut ex hac vita plenè foret elapſum. Præterita die Lunæ, adpulit ad hanc vrbem Reipub. V Legatus, quem magno aulicorum ſatellitio ſtipatum Cæſareæ Maieſtatis les ſplendidè ad ipſum vſque Hoſpitium deduxerunt. Sileſiæ Principum nem etiam quotidie hic præſtolamur, quem in finem verò huc ventura ſit occulto eſt. Præter alios diuerſorum Regum Principumque Legatos, qui in inſtituendo illic generalis Pacificationis Conuentu comparituri erunt cia etiam pro ſuis Legatis liberum petijt & obtinuit Cæſareæ Maieſtatis tum, ſiue ſaluum conductum. Comitia Poſonienſia necdum ſuum ſortita putant tdamen aliqui, Reginæ coronationem ibidem iã cum magno trium peragenam. Cæſar etiam huius prouinciæ & Morauiæ Ordinibus Comitia quocirca citra omnium opinionem, & exſpectationem, Sereniſsimus A chidux Leopoldus VVilhelmus Poſonio ad hanc vrbem redijt, ea, vt credi tentione, vt in prædictis Comitijs Præſidem agat, eiſque finitis, prima op tate ſeſe Poſonium rurſus transferat. Proximis diebus defuncti Imperato coniunx Eleonora Archiepiſcopo Treuirenſi gratioſiſsimam impertijt Au

Argentorato, 13. Ianuarij.

Commẽdans Cæſareus in oppido Lauffenburg binas ſale onuſtas, & Baſi proprias naues arreſto detinuit, quamobrem Baſilienſes Briſgouienſium vicisſim arreſti compedes iniecerunt. Noſtræ ciuitati etiamnum ab vna pa ni per Cæſareum D. Ioannis de VVerth militem omnes aditus intercluſi

Vienna, 13. Ianuarij.

Comitiorum Poſonienſium modò imminet exitus, indeque Cæſar vn peratrice, Coronationis peracta ſolennitate, propediem iter ſuũ huc acce

Doctorem Meshodium, qui illuſtriſsimis Saxo-Lavvenburgicis Princi Suecorum Reginæ à Conſilijs eſt, abſoluta poteſtate imperioque à ſuis in eſſe aiunt, cœptæ Pacificationis telam vtrimque ad finem pertexere.

Baſilea, 15. Ianuarij.

Etſi hactenus falſis Lugduno Galliarum perſcriptis literis inconſtans quoque rumor de Caroli Lotharingiæ morte diſſeminatus fuerit, attame ſenriarum nunc certò conſtat, eum optima etiamnum frui valetudine, & exercitu inter Pontarlin & Salins Burgundiæ ſuperioris oppida ſubſiſtere.

Dux de Longoville Gallicum militem per Comitatum Breſſe in hyber

Biblioteca Nacional de España

inceps de Sauelli autem cum nonnullis Cæſarianorum legionibus in
Huuningenſi ſubſidet, & ad omnes aduerſariorum incurſiones ſuum
Rhenanos hybernantem militem diligentiſsime aduigilare iuſsit.

Venetijs, 15 Ianuarij.

lanenſium 9. Ianuarij perſcriptis literis aſſeritur, Gallorum Regem
iter Lugdunum Galliarum verſus, vt tanto proximior belli Italici
inſpicere, & Sabaudiæ Ducatuum adminiſtratione, imperioque
quocirca Excellentiſsimus Mediolanenſium Præfectus Marchio
nes omnibus militiæ Hiſpanicæ Tribunis, Colonellis, Capitaneis, E-
que magiſtris ſeriò mandauit, vt copias ſuas in omnem euentum pa-
inſtructas habeant, ipſum namque primum adpetente vere, & proxi-
aſione omnem exercitum in campum educturum eſſe, vt Allobrogi-
i modo Francorum Regis arbitrio ſeſe ſubmiſerunt, bellum inferat.
a ſub ipſum ineuntis anni exordium fortunatiſſimus Germanorum
ellus Ægidius de Haſe in Montisferratenſi prouincia ſitum oppidum
one aſtu intercepit, cumque adiunctam ei arcem præſidiariorum reſi-
a expugnare non poſſet, circiter viginti obtruncatis in oppido defen-
us ſtationarijs, locum diripuit, & cum copioſa illinc abducta præda, ſe il-
d priſtina diuerſoria recepit.
nſtans rumor eſt, Sereniſſimam Sabaudiæ Principem viduam peſſima
tudine iam conflictantem lecto decumbere; complures quoque aſſerũt,
planè animam egiſſe, quod ſi id verum, metus eſt, magnam ijs in prouin-
rerum ſubſecuturam fore mutationem.
ux Parmenſis proximus Romæ in vrbe Cabo di Monte ſubſiſtit, qui cum
dinale de Medices ardua negotia pertractauit, eique ad miliare vſque iti-
is comitem ſeſe adiunxit.
riſones ab armis nunc omnino quieſcunt, quandoquidem eorum Lega-
n Hiſpanijs magnificentiſſimè fuerunt excepti, crediturque, Gallos ab
allis Telinæ regionis acceſſu nunc prorſus excluſos.

Ex Comitatu VValdeccenſi, 18. Ianuarij.

Decimo huius menſis, ſub veſperam hora circiter tertia, Illuſtriſsimus D.
omes in VValdeck & Piemont, Dominus in Tonna, &c. S. Cæſ. Maieſtatis
ubicularius, &c. poſtquam quatuordecim dierum ægritudine, & virulenta
ebri conflictatus fuiſſet, in quinquageſimo ſecundo ætatis ſuæ anno imma-
ura morte ex hac vita in aliam abreptus fuit.

VVetzlaria, 20. Ianuarij.

Ante aliquot dies, ſuperioris & inferioris Haſsiæ Status in vrbe Marpurgenſi
pud Sereniſsimum Principem Georgium Darmſtadienſem congregati fuerunt, cum
eo de

Biblioteca Nacional de España

eo de pace, & inducijs vtrimque paciſcendis acturi, quem conatum D
& cœptam Pacificationis tractationem felicem ad exitum perducere
Hoc tempore aliquot Haſsiacorum militum cohortes ſub Generali
dro, loca Amœneneburgo vicina direptionibus infeſta reddiderunt, p
rò in Caſſel & Ziegenhain à nouem illis Comitis Gotzij in Haſsia h
legionibos paululum arctius in officio continentur, nec pedem por
plius conſultum eſſe autumant.

Limpurgo ad Lahnam, 24. Ianuarij.

Intenſo hoc frigore vicinis patriæ noſtræ accolis magna pericula
tibus magno numero lupis impendunt, qui ſua edacitate iam non ſol
tibus viatoribus infeſti ac ſuſpecti ſunt, ſed etiam ouilibus magnam
gem, quin immo & in ipſos homines efferi ac crudeles deſæuiunt. P
bus haud procul à VVeilburgo pauperculam quandam mulierem vna
quum lignandi cauſa in ſiluam exijſſent, oppreſſerunt, & per voraciſ
ingluuiem deuorarunt. *Tabellio* à Dickirchen etiam hoc tempore e
dequaque concurrentium frequentia præſentiſsimum vitæ adijt diſc
namque equo vectus, per vaſta nemora proficiſceretur, non longè ab
damaria ciuitate plusquam integram horam rapaciſsimus lupus eu
tus eſt, cuius vlteriorem acceſſum cum prædictus veredarius aliqua
gladio prohibuiſſet, tandem is admotis equo calcaribus, celeri fuga
uaſit.

Ex Hamm in VVeſtphalia, 13. Ianuarij.

Sereniſsima Haſsiæ Principiſſa vidua cum aliquibus aulæ ſuæ Con
Excellentiſsimum Cæſarianæ militiæ imperatorem Comitem de Gotz
monia præſens adeundæ *pacis* pertractat conſilia.

Spira, 24. Ianuarij.

Vigeſimo die menſis Ianuarij 1638. ſtrenuus ac Generoſus ille Tribu
Bamberger, munitiſsimæ illius in Palatinatus confinibus ad Rhenum
Philippoleos expugnator & Gubernator annuam recuperationis eiuſde
tem in & extra Ecclesiam magno cum gaudio & applauſu in prædicta v
uit, eundemque ſolemnem actum, quo ante triennium Caſtrum hoc Ga
nibus audaci ſtratagemate excuſſum fuit, non ſolum ſua ipſius, ſed & a
gnæ auctoritatis Procerum Equitumque præſentia cohoneſtauit, ter expl
no fragore tormentis, exoneratisque toties Muſquettariorum bombardis
Te Deum laudamus muſicè decantato. Atque ne triumpho huic ampl
gloria, poſtmodum inſignem repræſentauit ſchænam ſiue comœdiam,
tuor virtutes Fortitudo, Concordia, Prudentia, & Fortuna inuicem de p
ter ſe concertarunt, tandem Iuſtitia interuenit, & vnicuique ſuum ius a
do, Actum clauſit.

Bruxellis, 25. Ianuarij.

Principis Thomæ iter in Sabaudiam abruptum eſt, qua de cauſa, incert
chio de S Martin Roma Pontificis Diſpenſationem accepit, qua ei permit
cum Comitiſſa Embdana ſua nepte nubat. Ante triduum in hac vrbe Marc
Horſy vincula iniecta, captiuitatis eius varij varias aſſerunt rationes, etenim
falſam cudiſſe monetam, rumor eſt. Sereniſsimus Princeps Cardinalis m
modò conualeſcit.

F I N I S.

Biblioteca Nacional de España